

si nondum abiit, arsurus est hodie, vel ad summum die  
crastino. Hagam autem non jam visurus, eo quod Amstelo  
dame amplius abesse non potest, ubi generalis Societatis  
conventus quem XIX vocant, ad hunc ipsum diem indic-  
tus est. Itaque si nunc Amstelodami sim, non paterer  
aliam quam hanc manum Argonautica illatua, quorum  
jam nunc spem solam magnifacio, Jasoni nostro  
offerri. Quando id fieri non potest, mea opinione  
Hamelio Societatis illius Adreacato commodissime man-  
des, nec dubium est mihi, quin quâ humanitate est  
maxime, quam libentissime id officii obiturus sit. Si  
quid ultra ad hanc rem confecti a me posse existimas,  
rogo familiariter imperes amico ad majora si inualido  
estis ad iustas omnium promptissimo. Vale Vis Doctissime  
Haga. 26. Januarij MDCCXXIX.

C. Hugenius.

Barlaeo.

Doctissime Domine.

(198)

De Argonauticis tuis, illustrissimo Poematum, curatum est  
quod jusseras, singulis quae inscripseras mihi, cetera in die  
tribui, qui quantum gratiam tui ex officio acturi sunt,  
habeant jam nunc ipsi, et quantum faciti, non minoris  
te faciunt, quam qui praecentis aggressuri modestiam tuam.  
Hanc, ad me quod effinet, scito, pari in praetio apud me esse.  
quam istam illam eruditorem, quae te ἀριστοειν αγο-  
ειμυς, κῆ εἰσογὸν ἐκπερναὶ ἀλλω. Minus est meretilan-  
dem posse, quam aspernari. Id unquam si feceris, facis  
autem quotidie et tuatum (ut si diis placet, vetui  
verbum ne intercidat) nunc vero ut facias, maxime  
è meo nomine rogatus esto. Nam si forte Πεισοδοξείν  
collibitum est, quis ego. Encomiastes, qui pro merito aut  
expectatione tui te accipiam. In Barlaeo Schotti, Ho-  
nardi, aliorum ista cura sit. Hugenius perpetuo te  
amat atque admiratur, quod ultra petas, praeter  
amicitiae legem sit, quam familiariter inter nos  
colamus decem Tetrastichum meum primus estima-  
re me docuisti et alios, quorum benevolentiam et  
applausum, tuâ nunc auctoritate exorques. Eo res  
delicuit, ut et ad gloriam Latinae Linguae scilicet aliquid  
contulisse videam, dum passim in Belgarum, Gallorum,  
Britannorum manibus epigramma istud, et singuli  
fateri ardent, non esse qui totidem vernaculis versibus  
sententiam

27

sententiam eandem satis apposite includat. Bene laet mi  
Barlaeo. quam tibi gloriam, virtus unicum mercedem adscribi gra-  
uaris. cuius inquam per satietatem capax amplius non es, sal-  
tem inopi amico non invidas. de duabus penulis fratri alte-  
ram cedere, hoc vero Christianum est. Effigies Heinij  
Delphis nulla adhuc inciditur, uti ab ipso Guellhelmo nuntia-  
tum est cum per occasionem famulum missum. Neque adeo  
multum vel Republicae Detrimenti vel ego capio, quod in-  
cere non legas. Tu mihi tam benignus Lector aurea lamelle  
instar eris, cui quanto placere nostras magis ardent, ad  
immortalitatem propius accedura sunt. Vale. Haga  
Comitis pridie Calendarum Februarii MDCCXXIX.

C. Hugenijs.

Ad illud ~~com~~ commentum tam lepido praetium, Inque suis parva  
venis expalluit aures, omnes risimus, Mihi moes in montem venit  
Diogenis illud antiquum, cuius ipse, tum temporis dubito num  
memineras. εὐδὸς ἐρωτῆδεις διὰ τὴν τὸ λευσίον χλωρόν ἐσιν ἐφῆ  
ὅτι πολλοὶς ἔχει τοῖς ἐπιβουλάσοντας

Barlaeo.

(99)

Mensis est, Mi Barlaeo, quod excurrere ad vos statui nego-  
tiorum partim causa, partim quod iurissere vos gestissem  
qui tam parca nos aditis. Ad consilium dum in dies extra-  
hitur, ut meo minime omnium mortalium otio meo  
imperare nosti, seu jam isti ad me accesserunt, qui praecipue  
conveniendi erant, ne longius ambigere te sinitam sequi  
cura fuerit, quod mandatum voluisti, scito quas benevolentie  
ad me literas dedisti, communicasse me cum eorum homi-  
num nonnullis; quos quamdiu <sup>Latine</sup> prior, ~~salvo supercilio~~ non  
appellas, salvo supercilio Leidensi, ego Architectonas fas-  
tentes vocabo. Singuli operam polliciti sunt, quam educto  
exercitu vel educendo prestare ullo modo pacto valeant.  
Obstat autem, quod qui Ordinarij habentur, amanuenses  
plerique, suos privationem apud se alant, qui extra numerum  
admittuntur incerti sint, et quo maxime attendo, praecipue  
occasionibus ~~non adhibentur~~ nisi necessitas urgeat  
raro adhibentur. At heri Vanden Boschius inter ordi-  
narios facile princeps, nescio quam obscure spem fecit  
fieri posse, ut in gratiam meam <sup>ipso</sup> Adolescentem tunc  
ad se admittat. Cujus te subito nuntiandum duxi, ut si sic expe-  
dire mecum putes, hominem aliquando huc transmittas.  
Tum vero mihi prius convenire jubeas, qui qua oratione adori  
alium oporteat, probe designatus sum. Remitto unga-  
cidissimas ungas Pontani, cuius mihi libere dicam, quicquid  
aliunde